SYNTAXIS ERASMIANA CONSTRICTIOR.

In Usum Scholarum.

Substantivum regens aut Proprium sæpè reticetur.

305 . g . 150 . (1.)

LONDON:

Printed for C. HITCH in *Pater-noster-Row*, and C. BATHURST in *Fleet-street*. 1739.

Syntaxis ~~recta structuram, quâ voces~~ ordinantur inter se in oratione, docet construere voces ad faciendam orationem. Vossius.

Duplex est, analoga, et anomala.

Analoga, est naturalis loquendi modus, et in concordantiâ et regimine consistit.

Concordantia duplex est; sc.
1°. Verbi et Nominativi.
2°. Adjectivi et Substantivi; Sub quâ continetur Concordantia Relativi et Antecedentis.

Regimen duplex est; sc.
1°. Casûs, et
2°. Modi.

Regimen Nominis verum est, aut apparens.

Verum Regimen est, cum casus regitur à voce expressâ; Regimen apparens est, cum casus regitur a voce aliquâ, quæ per ellipsin eleganter reticetur.

SYNTAXIS ERASMIANA CONSTRICTIOR.

Prima Concordantia.

VErbum perſonale cohæret cum nominativo, numero, & perſonâ; ut, *Nunquam ſera eſt ad bonos mores via.*

Nominativus Pronominum ſæpe ſubauditur; ut, [a] *Fertur atrocia flagitia deſignâſſe.*

Aliquando verbum infinitum, aliquando adverbium cum genitivo ſuppleri locum ſubſtantivi; ut, *Didiciſſe fideliter artes Emollit mores. Partim virorum ceciderunt.*

Exceptiones.

Verba infinitivi modi accuſativum ante ſe ſtatuunt, omiſsâ conjunctione *Quòd* vel *Ut*; ut, [a] *Te rediiſſe incolumem gaudeo.*

Verbum inter duos nominativos diverſorum numerorum poſitum cum alterutro convenire poteſt; ut, *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.*

Nomen [1] multitudinis ſingulare quandoque verbo vel adjectivo plurali jungitur; ut, *uterque deluduntur*; nonnunquam in genere diverſo; ut, *Maxima pars in fluvium acti.*

Concordantia ſecunda.

Adjectiva, participia, & pronomina, cum ſubſtantivo, genere, numero,

[1] Populus, civitas, pars, manus, caterva, &c.

& ~~erit consentit~~, ut, *Rara avis*, *Nullus ad amissas ibit amicus opes.*

Concordantia tertia.

[*Qui, quæ, quod*]

Relativum cum Antecedente concordat genere, numero, & perſonâ; ut, [a]*Vir bonus eſt*, [b]*qui conſulta patrum ſervat.*

Relativum inter duo antecedentia diverſorum generum collocatum, ~~nunc~~ cum priore convenit; ut, *Stella, quæ* Phaëton *dicitur:* nunc cum poſteriore; ut, *Globus, quæ terra dicitur.*

Aliquando pronomen primitivum in poſſeſſivo ſubintelligitur, ut, *Noſtros vidiſti flentis ocellos.*

i. e. mei flentis.

Quoties nullus nominativus interjicitur inter relativum & verbum, relativum erit verbo nominativus; ut, *Felix qui potuit boni Fontem viſere lucidum.*

At ſi nominativus relativo & verbo interponatur, relativum regitur à verbo, aut ab aliâ ~~dictione~~ voce, quæ in oratione locatur; ut, *Gratia ab officio, quod mora tardat, abeſt.*

ab aliâ voce, Dictio enim Sententiam vel Orationem ſignificat.

REGIMEN.

Subſtantivorum.

QUum duo ſubſtantiva diverſæ ſignificationi concurrunt, poſterius in genitivo ponitur; ut, *Creſcit amor nummi.*

Subſtantiva ejuſdem ~~ſignificationis~~ rei, in eodem caſu per *Appoſitionem* connectuntur: ut, *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.*

Adjectivum in neutro genere ~~abſolute~~ ſine ſubſtantivo poſitum aliquando genitivum poſtulat; ut, [a]*Ho*

+ rei, Voſſius noctis.

Laus & vituperium rei effertur in ablativo vel genitivo; ut, *Vir nullâ fide. Ingenui vultûs puer.*

II. Adjectivorum.

Adjectiva quæ [1] deſiderium, notitiam, memoriam, ~~curam~~, timorem, ~~potentiam, innocentiam, parſimoniam,~~ atque iis contraria ſignificant, genitivum ~~adſciſcunt~~ exigunt; ut, *Eſt natura hominum novitatis avida.*

Adjectiva verbalia in [2] *ax* etiam genitivum ~~feruntur~~ exigunt; ut, *Tempus edax rerum.*

Nomina partitiva [3] & numeralia genitivo gaudent; ut, *Quiſquis fuit ille deorum. Sapientum octavus.*

Interrogativum & ejus redditivum, ejuſdem caſûs & temporis erunt; ut, *Quarum rerum nulla eſt ſatietas? Divitiarum. Quid rerum nunc geritur in Angliâ? Conſulitur de religione.*

Fallit hæc regula, quoties interrogatio fit per ~~dictionem~~ vocem variæ ~~ſyntaxeos~~ conſtructionis; ut, *Furti accuſas an homicidii? Utróque.* Aut cùm per poſſeſſiva reſpondendum eſt; ut, *Cujus eſt hic codex? Meus.*

Comparativa, & ſuperlativa aceepta partitivè genitivum exigunt; ut, *Indus fluminum maximus.*

Comparativa, quum exponuntur per *Quàm*, ablativum adſciſcunt; ut, *Vilius argentum eſt auro*, id eſt, *quàm aurum.*

Adjectiva quibus [4] commodum, incommodum, ſimilitudo, diſſimilitudo, voluptas, æqualitas, aptitudo,

[1] Cupidus, avarus, avidus, gnarus, peritus, conſcius, verus, memor, diligens, anxius, ambiguus, curioſus, callidus, ſecurus, timidus, certus, impiger, compos, impos, manifeſtus, reus, inſons, parcus, &c. [2] Tenax, ſagax, edax, fugax, pervicax, petax, &c. [3] Quiſque, quiſquis, quiſquam, quilibet, &c. alter, neuter, uter, nullus, ambo, ſolus, &c.

[4] Utilis, commodus, bonus, habilis, finitimus, diverſus, amicus,

titudo, fiducia, obsequium, clementia, manifestatio, propinquitas, convenientia, contrarietas, communitas, proprietas, aut relatio ad aliquid, significatur, ut dativum [illegible]; ut, *Turba gravis paci.*

Quædam tamen ex his etiam genitivo gaudent; ut, *Domini similis es. Commune animantium omnium est.*

Verbalia in *bilis* accepta passivè, dativo gaudent; ut, *Nulli penetrabilis astro.*

Magnitudinis [1] mensura subjicitur adjectivis in ablativo vel accusativo; ut, *Latus pedibus tribus. Septem pedes longus.*

Adjectiva, quæ ad [2] copiam egestatemve pertinent, ablativo, ut, *Dives agris.*

regunt ablativum significantem causam, formam, modum rei; ut, *Pallidus irâ.*

[3] Dignus, indignus, fretus, auferendi casum adjectum volunt; ut, *Dignus es odio.*

REGIMEN VERBORUM.

VErba substantiva; ut, *Sum, forem, fio:* & passivè significantia, utrinque nominativum admittunt; ut, *Pauper videri Cinna vult, & est pauper.*

amicus, felix, jucundus, gravis, molestus, noxius, perniciosus, par, idoneus, fidus, supplex, propitius, perspicuus, affinis, particeps, alienus, decorus, &c. [1] Longus, latus, altus, profundus, crassus, densus, &c. [2] Opus, Usus, opulentus, plenus, refertus, abundans, fœcundus, satur, onustus, inops inanis, vacuus, orbus, nudus, viduus, immunis, extorris, indigus, expers, liber, pauper, fertilis, sterilis, lætus, &c.

[3] Dignus, indignus, facilis, difficilis, turpis, fœdus, proclivis, odiosus, mirabilis, optimus, &c. præditus, captus, contentus, extorris, fretus, liber

† Infinitum

Infinitum quoque utrinque eoſdem caſus habet; ut, *Hypocrita cupit videri juſtus: ſe videri juſtum.*

Sum, Genitivum [+] poſtulat quoties ſignificat poſſeſſionem aut officium; ut, *Pecus eſt Melibœi. Adoleſcentis eſt majores natu revereri.*

Verba [1] accuſandi, damnandi, monendi, abſolvendi, & ſimilia, genitivum poſtulant, qui crimen ſignificat, ut, *Allerum incuſat probri.* Aliquando ablativum; ut, *Condemnabo eodem ego te crimine: Idque perpetuò in his, Uterque, nullus, alter, neuter, alius, ambo:* & ſuperlativus gradus; ut, *Accuſas furti, an ſtupri? Utroque.*

Satago, miſereor, miſereſco, [2] genitivum regunt; ut, *Miſerere laborum.* Rarius dativum; ut, *miſereſce malis.*

Reminiſcor, obliviſcor, memini, genitivum aut accuſativum deſiderant; ut, *Datæ fidei reminiſcitur. Omnia, quæ curant, ſenes meminerunt.*

Potior, [3] genitivo, aut ablativo jungitur; ut, *Armorum potiti ſunt. Potiuntur arenâ.*

OMnia verba, acquiſitivè poſita, dativum, ejus rei cui aliquid acquiritur aut adimitur [4]; ut, *Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur. Dies adimit homini ægritudinem.* Excipe verba *Motûs:* item *Hortari, vocare, pertinere,* &c.

Imprimis verba ſignificantia commodum, aut incommodum [5]; ut, *Bonis nocet, qui parcit malis.* Excipe *Lædo, offendo, juvo.*

[1] Arceſſo, arguo, alligo, adſtringo, defero, incuſo, convinco, ago, poſtulo, interrogo, urgeo, increpo, purgo, noto, prænendo, teneor, comperior, periclitor, &c. [2] Indoleo, miſereor, vereor, faſtidio, erubeſco. [3] *Sic* Fruſtor, eludor, fallor. [4] *Huc refer* Defendo, arceo, pello, propugno, detraho. [5] Officio, aveo, placeo, comedo, auxilior, noceo, patrocinor, invideo, ignoſco, ſtudeo, &c.

Verba dandi & reddendi [1]; ut, *Fortuna multis nimium dedit, nulli ſatis.*

Verba promittendi ac ſolvendi [2]; ut, *Hæc tibi promitto.*

Verba imperandi & nunciandi [3]; ut, *Imperat aut ſervit collecta pecunia cuique.* Excipe *Jubeo.*

Verba fidendi [4]; ut, *Mulieri ne credas.*

Verba obſequendi & repugnandi [5]; ut, *Virtuti omnia parent.*

Verba minandi & iraſcendi [6]; ut, *Utrique mortem minatus eſt.*

Sum, cum compoſitis [7] (præter *Poſſum*) exigit dativum; ut, *Multa petentibus deſunt multa.*

Sum, cum paucis aliis, geminum adſciſcit dativum, alterum perſonæ, alterum rei; ut, *Exitio eſt avidis mare nautis.*

Dativum poſtulant Verba compoſita, cum his Præpoſitionibus, *Præ*, *Ad*, *Con*, *Sub*, *Ante*, *Poſt*, *Ob*, *In*, *Inter*, *Contra*, aut *Super*. *Convixit nobis. Iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello antefero.* Sed *Præeo*, *Præcedo*, *Præcurro*, *Præverto*, & aliquando *Præſto*, Accuſativo junguntur.

VErba tranſitiva cujuſcunque generis, ſive activi, ſive communis, ſive deponentis, exigunt accuſativum; ut, *Percontatorem fugito.*

[1] Dono, tribuo, largior, impertior, trado, reſtituo, &c.

[2] Polliceor, numero, pendo, debeo, &c. [3] Mando, impero, regno, dominor, moderor, tempero, &c. ſuadeo, narro, reſpondeo, &c. [4] Credo. [5] Obtempero, obſequor, obedio, pareo, reſiſto, ſervio, adulor, palpo, certo, contendo, pugno, bello, diſſentio, diſcrepo, diſto, diſſideo, differo, &c. [6] Minitor, ſuccenſeo, indignor, &c.

[7] Proſum, obſum, deſum, præſum, interſum, ſubſum, inſum, ſuperſum, &c.

Quinetiam Verba Neutra accuſativum admittunt cognatæ ſignificationis; ut, *Ire viam.*+

Verba [1] rogandi, docendi, celandi, duplicem regunt accuſativum; ut, *Tu modò poſce Deum veniam.*

QUodvis Verbum admittit ablativum ſignificantem inſtrumentum, cauſam, aut modum actionis; ut, *Naturam expellas furcâ licèt, uſque recurret.*

Quibuſlibet verbis ſubjicitur nomen Pretii in ablativo caſu; ut, *Teruncio, ſeu vitioſâ nuce, non emerim.*

Excipiuntur hi Genitivi ſine ſubſtantivis poſiti, *Tanti, quanti, magni, parvi, pluris, minoris*; ut, *Tanti eris aliis, quanti tibi fueris:* Item, *Flocci, nauci, nihili, pili, aſſis, hujus, teruncii*, &c. quæ his verbis *Æſtimo, pendo, facio*, peculiariter adjiciuntur; ut, *Ego illum flocci pendo.*

Valeo cum accuſativo junctum reperitur; ut, *Denarii decem æris valebant.*

Verba implendi, & carendi [2], ablativo gaudent; ut, *Malo virum pecuniâ, quàm pecuniam viro indigentem.*

Fungor, fruor, utor, & ſimilia [3], ablativo junguntur; ut *Optimum eſt alienâ frui inſaniâ.*

Quibuſlibet Verbis additur Ablativus abſolutè ſumptus; ut, *Imperante Auguſto, natus eſt Chriſtus.*

Nomen partis offertur in ablativo; interdum in genitivo vel accuſativo; ut, *Ægrotat animo. Pendet animi. Rubet capillos.*+

[1] Poſco, erudio, celo, &c. [2] Abundo, ſaturor, ſcateo, egeo, indigeo, careo, deſtituor, deficior, levo, participo, libeo, affluo. [3] Veſcor, muto, nitor, glorior, lætor, dignor, ſuperſedeo, communico, &c.

Paſſivis

Paſſivis additur ablativus agentis, antecedente *A* vel *Ab*; ~~& interdum dativus~~; ut, *Laudatur ab his, culpatur ab illis.* Cæteri caſus manent in paſſivis, qui fuerunt activorum; ut, *Accuſaris à me furti.*

Vapulo, væneo, liceo, exulo, fio, Neutro-paſſiva, paſſivam conſtructionem habent; ut, *A præceptore vapulabis.*

Verbis Quibuſdam ~~tum verbis, tum~~ participiis, et adjectivis, ~~familiaritèr~~ ſubjiciuntur verba infinita; ut, *Dicere quæ puduit, ſcribere juſſit amor. Audax omnia perpeti.*

Ponuntur interdum figuratè & abſolutè verba infinita, ſubaudito *decet, cœpit, &c.* ut, *Hæccine fieri flagitia? Criminibus terrere novis.*

GErundia & Supina regunt caſus ſuorum verborum; ut, *Utendum eſt ætate. Scitatum Oracula Phœbi Mittimus.*

Gerundia in *di* pendent à quibuſdam, tum, [1] Subſtantivis, tum Adjectivis, genitivum regentibus; ut, *Cauſa videndi. Certus eundi.*

Gerundia in *do* pendent à præpoſitionibus *A, ab, de, è, ex, cum, in, pro*; ut, *Alitur vitium, creſcitque tegendo.*

Gerundia in *dum* pendent à præpoſitionibus *Inter, ante, ad, ob, propter*; ut, *Inter cænandum hilares ~~eſſe~~ eſſe.*

Vertuntur gerundii voces in Participia in *dus*; ut, *Ad accuſandos homines.*

Prius Supinum activè ſignificat, & ſequitur Verba Motûs; ut, *Spectatum veniunt.*

[1] Studium, cauſa, tempus, gratia, otium, occaſio, libido, ſpes, opportunitas, voluntas, modus, ratio, geſtus, ſatietas, licentia, conſuetudo, conſilium, vis, norma, amor, cupido, locus, *&c.*

Poſterius

Posterius Supinum passivè significat, & sequitur nomina adjectiva; ut, *Quod factu fœdum est, idem est & dictu turpe.*

QUÆ significant partem temporis, in ablativo frequentiùs usurpantur; in accusativo rarò; ut, *Nocte latent mendæ.* Quæ autem durationem temporis denotant, in accusativo, interdum in ablativo efferuntur; ut, *Centum regnabitur annos.*

SPatium loci in accusativo† effertur, interdum & in ablativo†; ut,

Dic quibus in terris, (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat cœli spatium, non amplius, ulnas.

OMne Verbum admittit genitivum proprii nominis Loci, in quo fit actio, modò primæ vel secundæ declinationis & singularis numeri sit; ut, *Ea habitabat Rhodi.* Verùm si proprium Loci nomen, pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis fuerit, in dativo aut in† ablativo ponitur; ut, *Thebis nutritus. Tiburi genitus.*

Verbis significantibus motum *Ad locum*, apponitur proprium loci in accusativo; ut, *Concessi Cantabrigiam:* A loco, aut per locum,† in ablativo; ut, *Româ profectus es.*

Humi, domi, militiæ, belli, [1] ruri vel rure, propriorum sequuntur formam; ut, *Domi bellique simul viximus. Ego rus ibo. Rure rediit.*

IMpersonalia præcedentem nominativum* non habent; ut, *Tædet me vitæ.*

Hæc Impersonalia *Interest Refert*, genitivum† personæ regunt; exceptis meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ, cujâ; ut, *Interest Magistratûs. Tuâ refert.*

* Accusativi sunt ut aliqui volunt.

† Carthagini, Tiburi, Anxuri, ruri, veteres dabant.

[1] Terræ, foci, viciniæ.

Hæc

Hæc Impersonalia accusandi casum exigunt, *Juvat*, *decet*, (cum compositis) *delectat*, *oportet*; ut, *Me juvat.*

His Impersonalibus subjicitur accusativus cum genitivo; *Pœnitet*, *tædet*, *miseret*, *misereſcit*, *pudet*, *piget*; ut, *Fratris me quidem piget pudetque.*

In dativum feruntur reliqua Impersonalia; nisi quòd his *Attinet*, *pertinet*, *spectat*, propriè additur præpositio *Ad*; ut, *Spectat ad omnes benè vivere.*

PArticipia regunt casum verborum à quibus derivantur; ut, *Tendens ad sidera palmas. Obitusque meorum*, *obliviscendus & illis.* Sic & alia sæpe verbalia; ut, *Ignis aquæ pugnax.*

Participia, cùm fiunt nomina, genitivum postulant; ut, *Alieni appetens*, *sui profusus.*

Exosus, perosus, pertæsus, activè significant, & accusativum exigunt; ut, *Segnitiem perosus.* Passivè, dativum; ut, *Exosus Deo.*

Natus, prognatus, satus, *&c.* sæpè omittunt præpositionem; ut, *Sate sanguine Divûm.*

ADVERBIA.

EN & *Ecce* nominativo frequentiùs junguntur, accusativo rariùs; ut, *En Priamus. En quatuor aras.*

Quædam adverbia loci, temporis, & quantitatis genitivum post se recipiunt; [1] Loci; ut, *Ubi gentium.* [2] Temporis; ut, *Pridie ejus diei.* [3] Quantitatis; ut, *Satis eloquentiæ. Sapientiæ parum.*

[1] Ubi, ubinam, nusquam, quò, eò, longè, huc, *&c.*
[2] Nunc, tum, interea, pridie, postridie, *&c.*
[3] Parum, satis, abunde, affatim, nimis, largiter, *&c.*

Instar, genitivum regit; ut, *Instar montis. Virg.* Quædam dativum admittunt nominum, unde deducta sunt; ut, *Canit similiter huic.*

Cedo, accusativum postulat; ut, *Cedo quemvis arbitrum.*

CONJUNCTIONES.

Conjunctiones copulativæ & disjunctivæ, cum his quatuor, *Quàm, nisi, præterquam, an*, similes casus, & modos connectunt; ut, *Socrates docuit Xenophontem & Platonem. Novi hominem tanquam te.*

PRÆPOSITIONES.

Præpositio in compositione eundem nonnunquam casum regit, quem extra compositionem regebat; ut, *Exeat aulâ, Qui vult esse pius.*

INTERJECTIONES.

O Nominativo, accusativo, & vocativo jungitur; ut, *O Festus dies! O fortunatum! O formose puer! Heu & proh*, nominativo & accusativo; ut, *Heu pietas! proh deûm fidem! Hei & Væ* dativo; ut, *Væ misero mihi.*

FIGURA.

Figura est novata dicendi forma. Figuræ dictionis sunt sex. Prosthesis, Aphæresis, Epenthesis, Syncope, Paragoge, Apocope.

Prosthesis apponit capiti: sed *Aphæresis* aufert. *Syncope* de medio tollit: sed *Epenthesis* infert. Aufert *Apocope* fini: sed dat *Paragoge*.

REGULÆ CARMINIS.

CArmen fit ex pedibus. Pedes è ſyllablis quantis. Syllabarum quantitas duplex eſt; *Longa* [¯] *brevis* [˘]; ſed quædam ſunt *Communes*.

Pedes duo ſunt; *Dactylus* & *Spondæus*.

Dactylus conſtat tribus ſyllabis: quarum prima longa eſt; duæ poſtremæ, breves.

Spondæus conſtat duabus ſyllabis longis.

Carmen Adonicum.

Conſtat duobus pedibus, dactylo & ſpondæo.

Carmen Hexametrum.

Sive *longum*, conſtat ſex pedibus: è quibus quatuor priores dactyli ſunt vel ſpondæi; quintus ferè dactylus, ſextus ſemper ſpondæus.

Carmen Pentametrum.

Sive *longum*, conſtat quinque pedibus, ita diviſis, ut, in priore parte, duo ſint pedes dactyli vel ſpondæi, cum ſyllabâ longâ; in poſteriore duo dactyli, cum ſyllabâ item longâ.

OBSERVANDA.

VOcales in fine dictionis, item *M* cum præcedente vocali, ante aliam in initio ſequentis, elidendæ ſunt. Eliſio vocalis dicitur *Synalæpha*: eliſio conſonantis, *Ecthlipſis*. Sed *Heu*, & *O*, nunquam eliduntur.

Ultimæ ſyllabæ in unoquoque verſu quantitas negligitur.

Literæ *H* nulla habetur ratio.

REGULÆ QUANTITATIS.

I. *Generales.*

Vocales ubique pro brevibus habentur, diphthongi pro longis.

Sed vocalis ante duas conſonas, aut ante duplicem (nempe *X*, *Z*, *I*) *Poſitione longa eſt.*

In vocibus *Hyperdiſſyllabis*, quantitas penultimæ cognoſci poteſt *pronunciatione.*

II. *Speciales.*

Græcæ dictionis ſervant quantitatem ſuæ Originis.

Compoſita ſimplicium, Derivata primitivorum quantitatem ferè ſequuntur. Sic etiam *De*, *Se*, inſeparabiles; & *Pro*, in compoſitione plerumque producuntur.

Omne Præteritum diſſyllabum, priorem habet longam: Excipe Fĭdi, bĭbi, dĕdi, ſcĭdi, ſtĕti, tŭli, *Item Supina, præter* ĭtum, lĭtum, sĭtum, rŭtum. rătum, dătum, sătum; & cĭtum, *à cieo.*

Plurimæ dictiones producunt vocales ex Authoritate Poëtarum: ut, rārus, vērus, plānus, plēnus, tōtus, mūtus, *&c. quæ aſſiduo uſu & lectione diſcenda ſunt*; Fio, *quoque producitur, niſi in* Fĭerem & Fĭeri.

In nonnullis etiam vocales ſunt communes; ut, prima in *Orion*, *Diana*, *rubigo*, &c. media in *Apulus*, &c. prima & penultima in *pituita*, &c. Sic etiam *I* genitivorum in *ius*, excipe *Alterius*, *Alius.*

Exceptiones.

Vocalis natura brevis, ante mutam, ſequente liquidâ, communis redditur. *Mutæ* ſunt *B*, *C*, *D*, *F*, *G*, *P*, *T*. *Liquidæ* ſunt *L*, *R.*

Monoſyllaba.

In C & N producuntur (*præter* Nĕc, donĕc, ăn, ĭn. *Sed* Fac *& pronomen* Hic, Hoc, *communia ſunt*; *Excipe* Hôc *ablativo.*) *Item in Us & Is* (*præter*

ter ĭs, bĭs, quĭs) *Quibus adde iſta* Sāl, Sōl: Fār, lār, pār: Vēr, Fūr, cūr.

Terminationes.

AS, *ES*, *OS*, longæ ſunt: *Excipe* ĕs *à verbo* Sum; *item nomina tertiæ* in *is*, *breviter creſcentia* (*præter* Ariēs, abiēs, pariēs, Cerēs, & pēs:) Penĕs *quoque*, Compŏs, impŏs, & ŏs ŏſſis *brevia ſunt.*

Producitur etiam *IS* in plurali nominum, & in ſingulari temporum creſcentium longè in plurali: item *US* in genitivo ſing. nom. accuſ. & vocativo plurali quartæ. Similiter *IS* & *US*, in nominibus creſcentibus longè.

Vocalis in fine Dictionis.

A & *E* breves ſunt; *I* & *U* longæ; *O* communis.

Sed *Indeclinabilia in* A, (*præter* Puta, ita, quia) *Imperativi verborum*, & *ablativi primæ declinationis producuntur.*

Monoſyllaba in E, (*præter Encliticas* Que, ne, ve) *Adverbia ab Adjectivis in* us *deducta* (*præter* bene & male: *item* ferme, fere;) *Ablativi quintæ Imperativi ſingulares ſecundæ Conjugationis Activæ vocis*, E *productam habent.*

Mihi, tibi, ſibi, ubi, ibi, i *Communem habent* Niſi & Quaſi, *brevem.*

Monoſyllaba in O; *Caſus obliqui*; *Adverbia a Adjectivis derivata*, *producuntur.* *Sed* Modŏ & Quomodŏ *corripiuntur*; Sedulò, mutuò, crebrò ſerò *communia ſunt:* Ego, duo, ambo, homo, *v leguntur producta.*

F I N I S.